# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Fama i

### cum fonte primo

Quidam laudes hominum uilipendunt
et in hoc sunt laudabiles;
quidam omni tempore uenantur famam seculi
et omni tempore sunt infames;
quidam apud alios uenerabiles sibi apud se uilescunt;
quidam plus de se lingue adulatrici
quam consciencie sue credunt.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Quidam laudes hominum vilipendunt,
et in hoc sunt laudabiles.
Quidam omni tempore venantur famam saeculi,
et omni tempore sunt infames.
Quidam per labores requiem quaerunt.
Quidam in requie requiem invenire non possunt.
Quidam apud alios venerabiles, sibi apud se vilescunt.
Quidam plus de se linguae adulatrici,
quam conscientiae suae credunt.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 12 (PL 207, col.37C).